

**8080** in hoc cepotaphio maceria cinctum<sup>1</sup> | Anniae Maximinae et Anniorum | Celerionis Maximini et Celerinaes | filiorum eius, | quae est domus aeternalis.

*Puteolis (X 2066 saepius descripta saec. XVI—XVIII).* — 1) *Cincto.*

**8081** Maunilia Paula | de parcimonio suo | sibi et | Aelio Paulino | conpari suo | domum aeternam<sup>1</sup> posu.

*Polae (V 495 semel descripta).* — 1) *Adde infra N. 8256. 8240, cet.*

**8082<sup>a</sup>** d. [m.] s. | Calendioni | patri piissimo, | vixit annis XXXV, | ut bene et merito credatur | procreasse filium, post multum temporis | intervallum | reliquias recollectas tumulum tibi constitui aeternae domus | ego | Primus Aug. n.<sup>1</sup>, | adiutor tabul.<sup>2</sup>, | filius.

**8082<sup>b</sup>** d. m. s. | Veneriae | piissimae matri, | vixit annis L, | post obitum | tuum, piissima | mater, quaeque fuerunt | tibi, funeri laeta sunt sepelliata et post reliquias recollectas, ut molliter essent, tumulo conditas effeci ego | Primus Aug. n., | adiut. [tab.<sup>2</sup>, f]ilius.

*Lamiggigi (Seriana) in Numidia (VIII 4572. 4575 vidit Wilmanns).* — 1) *Augusti nostri (servus).* — 2) *Adiutor tabulariorum.*

**8083** d. m. s. | Flavius Donatus sacerdos | qui vixit annis | p. m. CV, discessit VII | kalendas Iunias, Flavius Monimus, Faustus fili | patri karissimo | et b. m. domum Romulam<sup>1</sup> istituerunt, anno pp.<sup>2</sup> CCCLXIII<sup>2</sup> (*palma quadrupes palma*).

*Lalla Maghnia Mauretaniae (VIII 9966 bis ut videtur descripta).* — 1) *Haec sepulcri appellatio hoc tantum Mauretaniae loco reperta (VIII 9967 cet. 21784. 21799 seq.).* — 2) *Ser. pr.* — 3) *A. p. Chr. 402 (cf. supra N. 6876 not. 1).*

**8084** d. m. s. | C. Iulio Saturino patri dulcissimo, C. Iulius Gitteus et | Rogatianus | fratres, fili | eius, tumul. | constituerunt, vita usq[ue] annis | CVII. || d. m. s. | Aeliae Matronae piissimae matri, | C. Iulius Gitteus et Iulius Rogati[n]us fratre[s] hoc simulacrum fecerunt, vita usae | annis LXXV.

*Auziae Mauretaniae (VIII 9124 vidit Wilmanns).*

**8085** Aplasia C. f. | Paullina | aras tres sibi et | Q. Corrio Antiquo<sup>1</sup> | viro suo, et | Corriae Q. f. | Paullinae | filiae suae | testamento poni iussit, | maceria circumdata.

*Romae (VI 12154 cf. p. 5510 saepius descripta saec. XV. XVI).* — 1) *Idem homo VI 16484.*

**8086** d. m. | Antonia | Monnica | v. a. LXI o. t. b. q.<sup>1</sup>, | Volumnius | Felix maritae | carissime statuam et aras | duas<sup>2</sup> uno nomine scriptas me[re]nti constitu[er]it.

*Prope Constantinam rep. (VIII 7202 cf. p. 1848 viderunt Wilmanns et Schmidt).* — 1) *Ossa tibi bene quiescant.* — 2) *Similiter XII 2674: aras duas . . . poni curavit.*